



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 41. Episcopus Fanensis a Papa in Germaniam missus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI. sentem rerum publicarum statum pertineat:
 A C. 1548. certe mihi nil magis hadenus nocuit, quam
 quod nimiam in redö Cæsaris animo fidu-
 ciam collocarim; nam alioqui non incurri-
 sem communem reprehensionem, quod u-
 omissem consilia, mihi ab omnibus insinua-
 ta, quibus jam tum aut Placentiam mihi om-
 ni jure debitam recuperassem, aut certe Par-
 manum, ejusque ditionem extra periculum
 collocassem.

§. XLI.

*Episcopus Fanensis a Papa in Ger-
 maniam missus.*

Pallav. n. 6. Tandem Pontifex placatus Cæsar is
 & 9. precibus detulit, Petrumque Ber-
 Sarpi l. 3. tanum Fanensem Episcopum nomina-
 p. 275. vit, qui non modo summo Pontifici,
 sed ipsi etiam Cæsari percarus, insuper
 Madrutio Cardinali acceptissimus erat.
 Hic ineunte mense Junio iter aggressus,
 ut omnem suspicandi ansam submoveret,
 Bononię præteriens studiose Monta-
 num Cardinalem non accessit, illum
 enim Cæfareis exosum esse haud igno-
 rabat. Hac de re Montanus apud Far-
 nesium Cardinalem questus eidem hæc
 significabat; „ Tam indigna agendi ra-
 „ tio apud Synodi Patres meam existi-
 „ mationem adeo imminuit, ut hi mea
 „ monita flocci habere incipient, cum
 „ tamen

„ tamen nunc vel maxime augenda fo- Sæc. XVI.
 „ ret auctoritas, ut imminentem Syno- A.C. 1548.
 „ di dissolutionem præpedire valeam. „
 Ceterum Fanensi Episcopo summus Pon-
 tifex injunxerat, ut de singulis articu-
 lis, quos Mendoza proposuerat, cum
 Cæsare ageret, ac potissimum explora-
 ret, num Legatos, quos Cæsar pete-
 bat, in Germaniam mittere expediret,
 illique salva dignitate sua cum prosperi
 successus spe ibidem comparere possent.
 Sub idem tempus Paulus III. Hierony-
 mum Dandinum Foro-Corneliensem E- *Pallav. n.7.*
 piscopum tanquam Sedis Apostolicæ
 Legatum ad Franciæ Regem decreve-
 rat, specietenus quidem, ut is Horatii
 Farnesii conjugium cum Diana Notha
 Regis Filia procuraret, re tamen ipsa
 id fiebat, ut de Synodi negotiis, nec-
 non de födere cum Gallis ineundo age-
 ret.

§. XLII.

Montanus Cardinalis Bononiensi Le- gatione auctus.

Dum hæc interea gerebantur, Cardi- *Pallav. l. II.*
 nales Gallici, quorum opera hoc^{t. 2, n. 2,}
 födus Papam inter, & Henricum II.
 cudebatur, illi proponebant, haud ex-
 pedire, quod Cardinalis Moronus tan-
 ta auctoritate conspicuus, ac Romanæ
 Urbi adeo vicinus Bononiæ relinque-
 retur,